

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Christiani orbis capitum, ac tam ejus nimirum, qui Terra ac Imperio, quam qui toti Ecclesiae praesidet, consensu et approbatione factam esse. Horum igitur auctoritatibus et consensu jam obtentis ordinaria nostra potestate, qua tanquam Episcopus Passaviensis per Dioecesim nostram fungimur, et ea etiam quae nobis pro portione Augustissimae nostrae familiae juri-um austriacorum competit, praedictum Monasterium Traunkirchense in Austria superiore situm per nostros Commissarios Reverendum Episcopum Symbaliensem Joannem Brenner, Passaviensem nostrum Suffraganeum, Albertum Landman, Consiliarium nostrum aulicum, et pro tempore Vicecancellarium, quibus per Sac. Caes. Maiestatem alii etiam Justinianus scilicet Hazenberg et N. Gaertner, ejusdem Caes. Maiestatis suae consilarii pro Serenissimae domus nostrae juri-ibus [tuendis] adiuncti sunt, tanquam in possessione tradenda constitutos commissarios saepe jam dicto collegio ejusdemq. Rectori ac Successoribus, dictum Monasterium gubernandum, administrandum et perpetuo possidendum tradi et committi curavimus, sicut et hisce literis tradimus et committimus cum omnibus suis juribus, Privilegiis et immunitatibus tam spiritualibus quam temporalibus, quibus Imperatores, Reges, Archiduces, principes, Duces et Marchiones, caeteriq. cujuscunq. status et conditionis jam inde a prima usque fundatione idem monasterium dotarunt et exornarunt, quae eadem quoq. Privilegia, indulta singula et omnia hoc diplomate nostro non secus, ac si de verbo ad verbum essent inserta, ratificari, stabiliri et confirmari volumus, sicut et praesentibus ordinaria nostra potestate et Archiducali auctoritate ratificamus, stabilimus et confirmamus; Eamq. confirmationem ad dicti monasterii omnes Possessiones sylvas, agros, prata, pascua, piscationes, venationes, et omne deniq. jus, quocumq. id appelletur nomine,